



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XCII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPVT XCII.

*Monasterium S. Iustinæ de Padua, caput Congregationis Italicae, quæ nunc Cassinensis dicitur.*

1408.

**L**udouicus Barbo, natione Venetus, fuit primum Prior monasterij S. Georgij de Alega, quod est Canonicorum secretarium Ord. S. Augustini apud Venetos. Anno 1408, creatus postea Abbas cœnobij S. Iustinæ de Padua, à Gregorio XII. Papa, mox de reformando ordine monastico cogitare coepit, à suo monasterio Paduano exorsus. Vnde natum mox nomen Congregationis seu Unionis S. Iustinæ de Padua, quæ nunc Cassinensis dicitur ob reuerentiam illius archimonasterij, quod anno 1504. à Julio II. Papa Congregationi S. Iustinæ incorporatum fuit, ea lege ut deinceps Congregatio Cassinensis dicatur. Ceterum Ludouicus Barbo, tandem ab Eugenio IV. quamquam inuitus, factus Episcopus Turnisinus, obiit anno. 1443. in suo monasterio Paduano conditus.

1504.

Ceterum monachi huius Reformatæ Congregationis à carnibus perpetuo abstinent, nisi ægri sint. Eorum Generales seu Præsidentes non perpetui, sed annales sunt.

( . )

Cat 4-

*Catalogus monasteriorum Abbatialium Congregationis Cassinensis, alias S. Iustinæ de Padua.*

- M**onasterium S. Iustinæ de Padua.  
Monasterium S. Fortunati, iuxta Basanum.  
S. Mariæ de Carupta, in diœcesi Veronensi.  
S. Iacobi de Agriano, ibidem.  
Monasterium de Tortona.  
S. Nicolai de Buschetto, in districtu Genuensi,  
ad vñionem accessit anno 1417.  
S. Spiritus de Papia, an. 1417.  
S. Benedicti de Padolyrone, in agro Mantuano.  
S. Pauli de Roma, an. 1425.  
S. Sixti de Placentia. an. eodem.  
S. Georgij Maioris, de Venetijs. 1429.  
S. Petri Mutinense monasterium, an. 1434.  
S. Mariæ Florentinum 1436.  
S. Petri Perusinum, anno eodem.  
Ingressati Mediolanense, anno eodem.  
S. Proculi Bononiense, anno eodem.  
S. Seuerini Neapolitanum, anno 1438.  
S. Angeli Caietanum; anno eodem.  
S. Nazarij Veronense, anno 1443.  
S. Eugenij Senense, anno 1447.  
S. Mariæ de Pratalea, anno 1448.  
S. Mariæ de Pera, apud Constantinopolim,  
an. 1449.



- S. Columbani Bobiense, in Insubria, anno eodem.  
S. Saluatoris Papiense seu Tirinense, an. 1451.  
S. Nicolai de Littore, Venetijs, anno eodem.  
S. Mariæ de monte, prope Cesam, anno 1453.  
S. Euphemiae Brixiense, an. 1457.  
S. Petri de Sauliano, an. 1459.  
S. Hieronymi de Siluaria, an. 1460.  
S. Fuliani de Albario, an. eodem.  
S. Benigni, Genuense, an. eodem.  
S. Mariæ de Maguzano, an. 1462.  
S. Fortunati de Vincentia, an. eodem.  
S. Mariæ Lachromæ, iuxta Ragusium in Dalmatia, an. 1466.  
SS. Floræ & Lucillæ, de Aretio, anno 1474.  
S. Vitalis Pauennense, an. 1476.  
S. Ioannis Euangelistæ, Parmense, anno 1477.  
S. Bartholomæi Astense, an. 1479.  
S. Benedicti Maioris Ferrariense, anno eodem.  
S. Prosperi de Rheigo, an. 1481.  
S. Michaëlis de Caueoso, an. 1484.  
S. Iacobi de Pontida, an. 1487.  
SS. Faustini & Ionitæ brixiense, anno 1491.  
S. Mariæ de Pomposia, Ferariæ, anno 1492.

S. Tri-



S. Trinitatis, Cauæ, an. 1495.

S. Pauli de Argon, iuxta bergianum, anno  
1494.

S. Benedicti monasterium in Monte Cassi-  
no situm Iulius II. Papa anno 1504. vniuit cum  
Congregatione S. Iustinæ de Padua. Ob cu-  
ius reuerentiam voluit eam Congregationem  
deinceps vocari Cassinensem, quæ antea S.  
Iustinæ de Padua vocabatur.

Anno 1505. die 12. Ianuarij Patres congre-  
gationis Paduanæ monasterium Cassinense  
solemniter intrarunt, suntque in eo centum  
monachi collocati sub Abbe Eugenio Muti-  
nensi.

Anno 1506. Congregatio Sicula, quæ  
vocabatur S. Nicolai de Arenis, & sex mo-  
nasteria complectebatur, vnta est cum  
Congregatione Cassinensi, alias S. Iusti-  
næ de Padua, per Iulium II. Papam. Sunt  
autem ista sex monasteria.

S. Nicolai de Arenis monasterium, tunc  
extra, nunc intra urbem Messanensem, Con-  
gregationis Siculæ olim caput.

S. Martini de scalis, Panormi.

S. Placidi, extra Messanam.

S. Mariæ de Monte Regali.

S. Mariæ de Gangis.

S. Mariæ de Fondrono.

Anno 1513. S. Catharinæ Genuense

mona-

monasterium accessit Congregationi Cassinenſi.

S. Laurentij Auersanum, anno 1514.

S. Mariæ de Gratijs, in diœcesi Placentina, anno 1515,

SS. Benedicti & Scholaſticæ monasterium Sublacense, ſive de Sublaco, anno 1516.

S. Honorati monasterium Lerinense, in regni Galliæ prouincia, anno eodem:

S. Simpliciani Mediolanense, anno 1517.

S. Mariæ de Ponte viuo, anno 1520.

S. Mariæ de Farsa, anno 1567.

S. Benedicti Caſtrouillarum, an. 1577.

S. Mariæ de Andria, anno eodem.

Monasterium S. Mariæ de Calatauixetta, quod est opidum ſiciliæ, haud procul à Naro opido.

### CAPVT XCIII.

S. Benedicti monasterium in vrbe Vallisoletana, in regno Castellæ.

1520.

**R**eformatio Congregationis in Hispania, quæ ab hoc monasterio Vallisoletana nūcupatur, primarius auctor exititit circa annū Christi 1520. Garsias Cifnerus, monasterij S. Mariæ in Monteferrato Abbas, in districtu Barcinonensi. Scripsit is inter alia Exercitorium vitæ Spiritualis, in 69. capita partitum, varijsque locis fine nomine auctoris editum:

quem-